

cessorum meorum & predecessorum. donauerim in puram & perpetuam elemosinam. deo & beate marie & monachis cýsterciensis ordinis de jolattha eorumque posteris & sigilli mei inpressione confirmauerim ex regia auctoritate in piscatione in eluekarlebij duas mansiunculas integras que uocantur bol cum omnibus pertinentijs suis. Huius uero donationis & confirmationis testes sunt isti. STEPHANUS vpsaliensis archiepiscopus. Willelmus stregnensis episcopus. Býrgerus dux magnus & karolus fratres eius. fýnwith strukir Swen owin. Sýctrig brune & alij nobiles terre quamplures clerici & laicj. & quicumque ista uel alia que prefatis monachis uel alijs religionis dederim. irritare uel iniuste reuocare presumpserit. maledictionem patris & filij & spiritus sancti incurrat. Amen.

Ett stycke af Kongl. sigillet, i gult vax, hänger på pergamentsremsa. Jemf. Tab. 2. n:o 3.

66.

1167 — 1185.

Konung Knúts intyg att han på Jarlens begäran med bref och Kongl. sigill bekräftat gåfvan af en gård i Elfkarleby.

A. 3. h. 1: 5.

Notum sit omnibus fidelibus. presentibus et futuris quod ego KANUTUS dei gracia rex sweorum atque gothorum. pro salute mea et meorum omnium. donauerim in perpetuam possessionem fratribus cýsterciensis ordinis. et eorum successoribus in wibui deo seruientibus. et sigilli mei inpressione ex regia auctoritate confirmauerim rogatu ducis. G. de beneficio ipsius quod ei concesseram in piscatione in eluekarlebui mansiunculam integram que uocatur bul cum omnibus appendiciis suis.

Ett stycke af Kongl. Sigillet, i gult vax, hänger på en pergamentsremsa. Jemf. Tab. 2 n:o 2.

67.

1167—1199.

Konung Knúts Bref rörande Rothma, som försålt, och Englev, som gifvits af Konungen till Juleta kloster.

A. 3. h. 1: 6.

KANUTUS dei gracia sweorum rex generaliter uniuersis ad quorum audientiam hec nostra peruenerint uerba. salutem & pacem. Licet omnibus regiminis nobis ratione commissis protectionem impendere teneamur & curam. precipue tamen ueri dei cultoribus ueris. dignam debemus diligentiam